




SCRIPTURÆ SAGRÆ  
CURSUS COMPLETUS

2



ANALOGIA  
ET PARALLELISMUS  
TESTAMENTORUM  
CHRISTUS  
IN SCRIPTURIS  
CONCILIATORIUM ET  
ARCHEOLOGIA BIBLIÆ

BS 548  
M5  
v. 2

703





EX LIBRIS  
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ  
Episcopi Leonensis



1080014708



**ELENCHUS  
AUCTORUM ET OPERUM**

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

~~— 44478 —~~

*INTRODUCTIONIS PARS SECUNDA.*

**BECANUS.**

Analogia veteris novique Testamenti.

**HUETIUS.**

Veteris Testamenti cum novo Parallelismus.

**ACOSTA.**

De Christo in Scripturis revelato.

**EDITORES.**

Index testimoniorum à Christo et Apostolis in novo Testamento citatorum ex veteri.

**FRASSENIUS.**

Conciliatorium Biblicum.

*INTRODUCTIONIS PARTIS TERTIÆ INITIUM.*

**IAHN.**

Archæologia Biblica.

**INDEX RERUM.**

UNIVERSIDAD DE BREVO LEON  
Biblioteca Valverde y Teller



Capilla Alfonsina  
Biblioteca Universitaria

EX TYPIS CATHOLICIS MIGNÉ,  
*In vico dicto : MONTROUGE,*  
*Juxta portam inferi Parisiorum,*  
callicò : PRÈS LA BARRIÈRE D'ESPÈN DE PARIS.

44478

50229



222.  
J.P.M.

SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSUS COMPLETUS

EX COMMENTARIIS OMNIBUS PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS, ET A MAGNA

PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM

EUROPÆ CATHOLICÆ,

UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,

UNICÈ CONFLATUS,

Plurimis annotantibus presbyteris  
ad docendos levitas pascendosve populos altè positis.

ANNOTAVIT VERO SIMUL ET EDIDIT

J.-P. Migne

EDITIO NOVISSIMA

TOMUS SECUNDUS

**TOMUS SECUNDUS.**

Introductionis pars secunda et partis tertiæ initium

*A mi muy distinguido maestro el Sr. Conde  
N. E. Valverde Feltes.  
Mexico Mayo 3 de 1842*

Venit apud Editores, in vico dicto:  
MONTROUGE,  
juxta portam inferi Parisiorum,  
Gallied: PRÈS LA BARRIÈRE D'ESPÈR DE PARIS.

1842.



Co. de la A. de la  
Bibliothèque de la Faculté de Théologie

007703

20550



BS 548

M5

v. 2



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

## BECANI VITA <sup>(1)</sup>.

BECANUS (Martinus), natione Belga, patriâ Brabantus, ex Hillvarenbecâ, Campanie municipio, oriundus, ad Jesuitarum societatem accessit, anno 1585, et votorum quatuor professionem emisit. Vir fuit magno ingenio, et ad omnem litteraturam nato; in philosophiâ et theologiâ clarus, illam quadriennium, hanc totos annos 22, Herdsipoli, Moguntiae, Vienna Austriae, rarâ cum admiratione et constanti auditorum applausu, doctor et magister eximius explanavit è cathedrâ. Celeberrimam ejus famam reddidit facili quaedam in interpretando Thomâ Aquinato, fidelique controversiis omnibus enodandis perspicuitas, brevitatis et plena doctrinae sanae soliditas, quam humanissima religiose modestiae comitas exornabat, ut Mathias imperator Martini tanquam absolutissimum theologum ad Viennensem academiam illustrandam evocârit. Demum Ferdinando II, Caesari Augusto factus à confessionibus, triennio, quo munus sustinuit, incredibile dictu est quam charus Palatinae nobilitati fuerit, eo maxime nomine quod in tantâ opportunitate agendi nequaquam pateretur se ad politica negotia, atque ab suo instituto aliena tractanda pertrahi. Interim summâ domesticae disciplinae observantiâ, summâ sui desipientiâ, insigni morum simplicitate, cum spirituali prudentiâ temperatâ, omnibus erat exemplum, ut vel solo suo conspectu ceteros componeret ad modestiam et sincerum animi candorem. Omnibus erat in amoribus, ob insignem facilitatem suavitatemque, solitus ipso etiam haereticos honore praevenire, ut tali eos officio dederetur. Cum externis haudquam longos sermones ducbat, ut sui congressus desiderium potius illis quam fastidium relinqueret. Ipse sibi, vel cum imperatoris confessionibus praesertim, aquam è puteo haurire, ipse sibi in omnibus famulari. Tandem acutissimis cholicae doloribus paucis diebus confectus, obiit Vienna mense Februarii, anno salutis 1624, aetatis 65, Religionis 41, cum magno Caesaris, sodalium, imò et totius republicae christianae luctu, cui operam haereticis, Calvinistis praesertim confutandis et refellendis, insignem navavit, ut et merito Calvino-Mastyx et Calvinistarum Malleus sit nuncupatus.

Edidit Becanus opuscula plurima, quae variis locis ac temporibus soorsim edita, tandem comprehensa tonis duobus prodierunt Moguntiae, 1650-1651, in f°. Complectitur autem tomus primus: *Opuscula polemica, seu de controversiis fidei contra haereticos*, quae superfluum est singillatim recensere. Accessit *Tractatus de jure et justitiâ*. Prodidit praeterea his duobus tomis minimè comprehensa *Analogia veteris et novi Testamenti*, Moguntiae, 1630, in 8°. *De statu animarum post hanc vitam. De censuris ecclesiasticis. De resurrectione, etc. Compendium Manualis* (ejus quod habetur inter opera polemica, tom. 2) *controversiarum hujus temporis de fide ac religione*. Ultimius Becani partus in variis Germaniae ac Belgii provinciis, insigni animarum lucro diversis formis excusus.

(Ex quo brevem hanc notitiam evulgavit de Becano P. Alegambe, typis non semel recusa sunt *Analogia veteris Testamenti cum novo*, caeteraque ejusdem opera. Recentissimè *Analogiam* separatim edidit Mechline D. Haenricus, bibliopola archiepiscopalis. Quae editio visa est nobis correctissima.)

(1) Auctore P. Alegambe, *Biblioth. scrip. soc. Jes.*

## MONITUM MARTINI BECANI.

Vetus Testamentum differt à novo, sicut figura Christi ab ipso Christo (1 Cor., 10-6.): sicut umbra imaginis ab imagine (Heb., 10-4.): sicut promissio à donatione (Act. 5, 48; et Rom., 4-2.): sicut epistola atramento scripta, ab epistola spiritu Dei scripta (2 Cor., 5, v. 5.): sicut servitus à libertate, ancilla à domina, Agar à Sarâ (Galat., 14-24): sicut timor ab amore (Rom., 8-15.): sicut sanguis hircorum à sanguine Christi (Heb., 9-12.): sicut occultum à patefacto (Aug., lib. 16 de Civ. Dei., c. 26.): sicut inchoatum à perfecto, semen ab arbore, spica à frumento. D. Th., 4-2, q. 107, art. 5. Hinc sequitur primò, nos Christianos in novo Testamento feliciores esse quam fuerint Judaei in veteri. Nam illi erant servi; nos liberi: illi filii Agar; nos Saræ. Illi habebant solum figuram; nos rem figuratam. Illi umbram imaginis; nos ipsam imaginem. Illis promissus erat Christus; nobis donatus. Illi timore ducebantur; nos

amore. Illis occulta erant mysteria Incarnationis et Redemptionis; nobis patefacta. Illi offerbant sanguinem hircorum; nos sanguinem Christi redemptoris. Illi habebant litteram; nos spiritum. Illi semen, nos arborem. Illi spicam; nos triticum. Illi testamentum inchoatum; nos perfectum. Illi mortem, nos vitam. Secundò sequitur, cognitionem unius testamenti multum professe ad cognitionem alterius. Qui enim videt figuram Christi conspirare cum ipso Christo; et umbram imaginis cum ipsâ imagine, pleniorè habet cognitionem, quam qui alterum sine altero cognoscit, nec unius cum altero consensus et proportionem advertit. Similiter qui confert servitutem cum libertate, timorem cum dilectione, mortem cum vitâ, semen cum arbore, spicam cum tritico, melius percipit utriusque naturam et conditionem, quam si alterum sine alterius collatione spectaret. Denique qui mysteria Incarnationis, Passionis, Mortis et Resurrectionis Chri-